



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

9. De Apostatis & reiterantibus baptisma

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

TITULUS IX.

De Apostatis reiterantibus Ba-
ptisma.

Q. 1. *Apostasia quid est & quotuplex?* Resp. Apostasia est recessus vel defectio, quae ceditur temerariè à vitæ prioris instituto, quod quis publicâ & solenni professione tuendum suscepit; adeoque ille *Apostata* est, qui à Deo aut vitæ instituto recedit. 2. *Apostasia* est triplex, scil. *Apostasia à fide vel perfidia, à Religione, ab Ordine.* *Apostasia à fide & proprietate* est, dum quis à fide Christiana penitus recedit, eamque totaliter deserit, transeundo e.g. ad Paganismum, Judaismum, Turcismum. Distinguitur hæc *ab hæresi*, quòd licet vulgò quis dicitur *Apostata*, si transeat ad Lutheranos aut Calvinistas non tamen *ex toto*, sed parte duntaxat in uno vel pluribus à fide defleat. *Apostasia à Religione* est, dum quis sine licentia sui superioris regimini vel alterius, qui eam dare potest, ab Ordine vel religioso post emissa vota substantialia etiam simplicia tantùm, recedit à Religione sine proposito redeundi, vel cum proposito nunquam redeundi, sive dimisso, sive retento habitu. *Fugitivus* dicitur, qui non obtentâ licentiâ recedit, sed cum animo redeundi. *Apostasia ab Ordine* est, dum quis constitutus in *Sacris Ordinibus* ad statum laicalem vel conjugalem, propriâ temeritate transit.

Q. 2.

Q. 2. Quæ sint Apostatarum pœna? Resp. 1. Apostatæ à fide pœnas omnes incurrunt, quas utroque Jure hæretici, cum omnes sint veri hæretici, licet non omnes hæretici sint Apostatæ; nec ipsos juvat in Imperio toleratio certarum Religionum. *c. 13, de hæret. in 6.* Imò gravius contra hos Apostatas proceditur ob gravius peccatum, dum & semper, quamdiu vivunt, & post mortem ad quinquennium accusari & in suis puniri possunt. *L. 2. & 4. C. h. t.*

Resp. 2. Apostatæ à Religione sic puniuntur, ut sint feriendi excommunicatione, quæ adeoque est ferendæ tantum sententiæ, nisi dimiserint habitum. *c. 2. ne Cler. vel Monach.* aut nisi sint Apostatæ à Societ. Constit. *Greg. XIII. Ascendente. 2.* Suspensi sunt ab executione Ordinum in Apostasia susceptorum, quoad accesserit dispensatio Pontificia. *c. fin. h. t.* 3. Amittunt omnia privilegia Religionis suæ, saltem si sequatur sententia declaratoria & Apostatæ habitum dimiserint. *Trid. Sess. 9. c. 19. de ref.*

Resp. 3. Pœnæ Apostatarum ab Ordine Sacro sunt, quod amittant privilegium *Canonis. c. 1. h. t. c. 23. de sent. Excomm.* 2. Quod incurrant excommunicationem, quæ est ferenda sententiæ, assumpto tantum statu laicali; *lata* autem per *c. 3. h. t.* si matrimonium attentent contrahere. 3. Quod durè sint incarcerandi juxta *c. 5. h. t.* 4. Quod fiant infames, & irregularitatem incurrant, attentato præsertim matrimonio ob bigamiam similitudinariam.

Q. 3.

*Q. 3. Qui intelligantur per rebaptizantes
reiterantes baptismum, & qua pœna iterantium
ptisma? Resp. 1. Intelliguntur ii per rebaptiza-
tes, qui semel ritè & absolutè baptizatos scien-
tè, quàm semel baptizant, & hinc *Ab-
ptista* dicuntur, De similibus agitur in *can. 112.
& 112. dist. 4. de Consecr.**

*Resp. 2. De Jure Civ. rebaptizans, & reb-
ptizatus scil. scienter afficiuntur ultimo suppli-
L. 1. & 2. Cod. ne sanct. bapt. iter. neque ga-
dent immunitate, quâ tolerati in Germania.
Jure Canonico rebaptizans, rebaptizatus, omne
que in eo officio ministrantes irregularitates in-
currunt. c. 2. h. t. non tamen si iterum aliud
Sacramentum, v. g. Confirmationis, qua irregu-
laritas non incurritur, nisi in jure expulsi.
Deinde si fuerit Clericus, punitur deponitio
si fuerit laicus, excommunicatione ferenda in
*can. 118. dist. 4. de Conser.**

TITULUS X.

De his, qui filios occiderunt,

*Q. 1. Quinam comprehendantur hoc
Resp. Tametsi hoc titulo juxta ejus ratio-
nem solùm agi videatur de iis, qui filios occiderunt
postquam in prioribus actum erat de crimine
religioni & cultui divino immediatè adven-
tibus, veniunt tamen parricidæ omnes tam pro-
priè quàm impropriè dicti. Parricidæ proprie
dicti*